



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 33. Joannis Kiszka de Ciechanowitz exitium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI  
A.C. 1592.

quoque hujus laboris focius plurimum  
eminuit, ac per tredecim annos præ-  
claro huic operi suas curas sacravit: effi-  
enim admodum imbecillis esset valetu-  
dinis, tam provide tamen sanitati suæ  
prospexerat, ut vitæ suæ curriculum fer-  
me usque ad octogesimum ætatis an-  
num protraheret, tandem vero Romæ  
mortuus ibidem in Templo sanctæ Ma-  
riæ in via lata sepultus est. Erat is  
suæ familiæ postremus, prout ex fi-  
nebri illius inscriptione deprehenditur:  
insuper quædam posteris reliquit inge-  
nii sui monumenta, atque inter alia ob-  
servationes, seu correctiones in Tertul-  
lianum, quæ in pluribus operum hujus  
Patris editionibus reperiuntur: cete-  
ris vero illius operibus palmam præri-  
pit sacra illius, & profana Bibliotheca.

## §. XXXIII.

*Joannis Kiszka de Ciechanowitz  
exitium.*

*Sandius in  
Bibl. Anti-  
trin. p. 83.*

Pariter Sociniani in Polonia hoc anno  
amittebant unum ex præcipuis sectæ  
suæ fautoribus nomine Joannem Kisz-  
kam de Ciechanowitz, quem nonnulli  
Polonum, seu verius Lithuanum Equi-  
tem, ac Castalionis, in cujus memo-  
riam post ejus mortem monumentum  
poni curabat, Discipulum fuisse refe-  
runt. Hic dum ætate maturus variis  
officiis



officiis præesse poterat, primo genera- Sæcul. XVI.  
 lis in Samogitia Præses, Vilnæ Castel- A.C. 1592.  
 lanus, seu Rector, necnon Bressici Gu-  
 bernator renunciabatur, inde vero di-  
 vitiis, ac potentia tantopere crescebat,  
 ut septuaginta Urbium, seu oppidorum,  
 & quadringentorum vicorum Princeps  
 salutaretur: quapropter suarum opum  
 abundantia, necnon auctoritate tot di-  
 gnitatibus sibi conciliata, Socinianos  
 omni data occasione contra omnes il-  
 lorum hostes potenter protexit, eis-  
 que plures Ecclesias construi curavit, &  
 dotavit, atque sine liberis decedens  
 Principem Radzivilium omnium suorum  
 bonorum, imo etiam infani sui erga  
 Socinianos affectus hæredem scripsit:  
 nihilominus quantumvis hic Joannes  
 abominandæ huic sectæ immoto studio  
 patrocigaretur, cum tamen vereretur,  
 ne post obitum suum tanquam Soci-  
 nianus traduceretur, aliam fidei pro-  
 fessionem Socinianæ adversam emitte-  
 bat, eidem die sexta Julii paucis ante  
 mortem suam horis subscribens. Re-  
 liquit hic Vir quasdam literas Ecclesiis  
 inscriptas, in quibus omnes hortatur,  
 ut Synodum celebrent, ibidemque dis-  
 sidia, quæ inter eos circa Magistratum  
 electionem, armorumque usum vigent,  
 tandem componant.